



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 93. Comitia Sopronii in Hungaria celebrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. *porum, Episcoporum, totiusque cœtus*
 A. C. 1625. *Ecclesiastici in Comitibus Cleri*
Gallicæ constituti.

LEONARDUS de STAMPES
Episcopus Carnotensis

§. XCIII.

Comitia Sopronii in Hungaria
celebrata.

Carafa
Comm. de
Germ. Sacr.
pag. 207.
Orthel. ad
hunc ann.
pag. 108.
Brachel.
Hist. 1. 2.

Hoc anno res in Hungaria ad unam
 versæ Ecclesiæ, ac Religionis
 molumentum, necnon Domus Austriae
 cæ gloriam plurimum spectare vide-
 bantur; postquam enim Mense Martio
 Ferdinandum Cæsarem inter & Am-
 rathem IV. Turcarum Imperatorem
 cis fœdera ad viginti omnino annos
 innovata fuerant, Cæsar ad diem de-
 cimam tertiam Octobris Hungariæ Or-
 dines ad comitia Sopronii habenda
 convocaverat, ut ibidem de variis Re-
 gni negotiis, ac præcipue de tollenda
 polygamia per Settariorum licentiam
 invalescente, necnon de Religionum
 dissidiis ageretur. Die igitur præsti-
 tuta Cæsar unacum Augustissima Con-
 juge, filiisque suis necnon cum Ca-
 rafa Nuntio Apostolico, Legatisque
 Hispano & Florentino urbem ingressus,
 a Pas-

a Pasmano Cardinale Strigoniensi Archiepiscopo elegantissima Oratione salutabatur, uniuersa Nobilitate Hungarica in Cæsaris occursum effusa. Sequenti autem die Cæsar de regni calamitatibus, periculis, & damno tam ex rebellium tumultibus, quam prædonum excursionibus, spretisque Regiis mandatis exorto per suum Cancellarium fusius perorabat, Hungariæ Ordines exhortatus, ut ad evertenda hæc mala, firmandamque pacis stabilis securitatem mutuo inter se consilio opportuna Majestati suæ suggererent remedia. His de rebus Ordines diuisis inter se factionibus deliberabant, cum vero nonnisi exigui quædam momenti gravamina exponerent, eaque duntaxat ex privatorum odiis, militumque licentia ortum haberent, Cæsar omnes hæc querelas, quantum valuit, ad Hungarorum vota sustulit, tanto omnium, etiam Cæsari insensorum, gaudio, ut nihil amplius in sua Majestate desiderari posse, profiterentur: Acrior autem erat contentio, dum de sectarum libertate agebatur; cum enim Agriensis Episcopi Orator aduersus liberam Calvinianæ hæresis exercitium contentiosius declamaret, mox quidam Protestantes facto in eum impetu verbis ac verberibus illum laceraverunt,

Hist. Eccles. Tom. LVIII. X arre-

Sæc. XVII. arreptumque, juxta Pragensium Cal-
A. C. 1625. vinistarum exemplum, e fenestra præ-
 cipitem dedissent, nisi alii ex eadem
 secta accurrissent, rarumque Calvinianæ
 moderationis specimen datori,
 nonnisi evulsis crinibus & barba hunc
 Præsulem e cubiculi foribus propulsa-
 sent. Tam inhumana agendi ratio Ni-
 colaum Esterhasium, qui Palatini vi-
 ces obibat, tantopere offendit, ut al-
 tera die tres ex hisce furibundis in jus
 vocaret: Tum vero agmine facto con-
 festim unâ omnes Calvinianæ sectæ he-
 cii audacter Palatini Curiam ingressi
 sunt, ac temeritate Sectariis solita et-
 dem declararunt, omnium confectam
 hanc violentiam Præsuli fuisse illatam,
 idque Religionis suæ sanctitatem de-
 poscere. Enimvero Catholicos hæc
 Sectariorum ferocia intimo doloris sensu
 laniebat, nihilominus, ut majoris tur-
 multus, malique periculum declina-
 rent, hanc injuriam, quæ si infimæ se-
 ctis Calviniano accidisset, armis, in-
 cendiis & Catholicorum cædibus velut
 commune Religionis gravamen a Cal-
 vinistis ultra fuisset, Christiana moder-
 ratione ac patientia devorarunt.